



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Antonii Milliei, Lvgdvnensis, E Societate Iesv, Moyses
Viator**

Millieu, Antoine

Lugduni, 1636

XII. Iethro hospes in castris, vocatas ad lucem Christi gentes adumbrans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69066)



LIBER DVODECIMVS.

IETHRO SOCER
MOYSIS, HOSPES INCastris apud generum in veri
Dei fide, cultuque confir-
matur. *Exod. 18.*I
Nuntius
de Iethro-
nis ad-
uentu.TQVE ea dum summis opera conatibus vr-
gent,

Incudésque sonant castris, argutáque pensa
Telarum, limis que fremunt mordacibus ara
Splendida, nec coepto requies datur vlla labori,
Excitum generi famá, rebúsque secundis
E Madianaâ Iethronem nuntius vrbe
Ducentem Sefhorá binos cum matre nepotes
Aduentare refert; thalami que dulcia Moses
Pignora reddiderat patriis cum coninge testis;
Et soceri optarat potius seruare penates,
Cum Pharias vindex iret legatus ad arces.
Spargitur extemplo gauisa per agmina rumor.
Stipauère Ducem Proceres, totaq; caternae
Progressum voluère sequi; vetat ipse, propinquo
Contentus comitum cœtu, soceróque modestus
Occurrit, rutiloque ruens, ante oscula, vultu
In terram auertit radios, & pronus adorat
Augustum senio, & vittis, pacémque precatur.

Modestia
Moïis.

At

*At senior nihil aut radios, aut verba moratus,
Colla super generi lacrymans complexibus haeret
Implicitis, pressoque refert longam ore salutem.
Perfudere simul cunctos pia gaudia fletu,
Et pietas lacrymis melius manantibus arsit,
Ut primum potuit Ragucl sic incipit ore.*

Occursus,
& salutatio.

*Tene ego per tantos iactatum denique casus
Aspicio? tunc ille Phari modo finibus exul,
Hospes eras meus, & generi mox nomine pastor?
Nunc populi tanti Princeps! ultorque subacta
Aegypto, aequoreis sepelis sic fluctibus hostes?
O summis tunc auspiciis! quem protegit aether,
Et Deus ipse suo fulgentem Numine vallat!
O mihi producta senium pars optima vita!
Ut fruatur ipse tuos felix spectator honores,
Usurpemque sacros vultus, famamque meorum,
Ecce mea tibi de Sephora tuus Aduena Gersan,
Auxiliumque Dei, quod spondet nomen, Elizer,
QVOD FAVSTVM; gemina coeant hoc sanguine gentes,
Et vestras venerer vobis sic insitus aras.*

2
Iehononis
gratulatio
mutua.

Gersan,
& Elizer,
filij Moy-
lis.

*Sic senior: Contra retulit cui talia Moses:
Sic velit Deus, & faciat tam candida fausto,
O Pater, ista dies nobis illuxerit ortu,
Noster ut esse velis: fructus mihi maximus aui
Iste sit, ut gemina conspirent foedere gentes;
Abramidum sitque una domus! sic ipse precabar,
Sic etiam fore sperabam, cum transfuga vestris
Mutarem patriam regnis, Sephoraq; Hymenaeos
Expeterem, & dulces vestro de sanguine natos.
Aude igitur, Pater, Isacidum succedere scenis,
Et Madianeos paulum obliuiscere muros,
Auratásque domos Arabum. Sic fatur, & omnes
Ordine complexus, suscepit ad oscula paruos.*

Gentes
prophetae
Synago-
ga.

3

Illi

414 MOYSES VIATOR.

Mosis
splendor
pueros
terrat.

*Illi horrescentes radios rutilo ore ferentem,
Cum lacrymis trepidi ingremium se condere matris,
Heu! sua nobilitas pueros incognita terret,
Infantumque metus vani mouere parentes.*

Sephora
veneratur
Mosem.

Assuescent luci, ut discant cognoscere patrem.

Quin etiam angusto stupefactam fulgure vultus

Relligio auertit Sephoram, ceu Numine viso;

Deiecitque oculos; manibus contenta mariti

Extremos tetigisse pedes, dedit oscula dextris

Ipsa suis; Diuum libaret qualia signis,

Libatisque, manum venerata referret ad ora.

At subito illapsum frigus tremefacta per ossa

Contactu Cyprios repressit pectore fluctus;

Extinxitque faces, fregitque Cupidinis arma,

Inq, sacros cultus reuerentia vertit amores;

Cæliba-
tus pro-
positum
vtrinque.

IAM SOROR EST SEPHORA, ET MOSES DE CONIVGE

FRATER.

Mutatas sensere faces per corda vicissim,

Gaui si maiore Deo; qui pectus utrique

Relligione sacrum flammis melioribus vrat.

Confirmat trepidam Moses, tacitique loquuntur

Luminibus: pudor in tuto est, paribusque pudori

Stat votis vtrinque fides; par corde voluntas.

4
Iethro
ducitur ad
templum.

Latior hinc Vates, soceri latus ipse sinistrum

Interior tegit, ac primum in tentoria ducit

Sacra Deo, que Nunniades ad limina custos

Extra castra loco seruat seducta patenti.

Laudibus hic caelo primum de more solutis

Hospitij exposcunt pacem, & communia castris

Gaudia, latitiamque Dei: micat ignis ad auras

Vespertina ferens incensi munera thuris,

Grates
Deo aëz.

Permistaq, volant grates, plaususque canentum.

Postera lux aris indictum expectat bonorem:

Inde

*Inde domum ductus Senior, tectisque paratis
 Per medios vadit populi plaudentis honores.
 Post tantas operum arumnas, tot millia gentis,
 Castrorumque stupet ductum, seriemque, situmque,
 Directasque vias, aduersaque limina portis:
 Pura adeo in tanto vulgi, pecorumque meatu
 Compita; nec tetrum quidquam, quod spiret odorem.
 Illa sed absorbet mentem super omnia Nubes,
 Quae superimpensens totis umbracula castris
 Expandit, noctemque sua iam luce propinquam
 Nuntiat, ac blando sensim sese induit igni:
 Vix oculis capit ipse fidem; gressuque resistit
 In medio, & noctem cuperet quam longa, morari:
 Haerentem gener hortatur succedere tecto,
 Defessumque via mensis optare quietem.
 Festinant famuli mensas, epulaeque feruntur,
 Quas Sineae, procul luxu, dumeta tulerunt,
 Et scopulis syluae horrentes: quibus inuia nuper
 Saxa sequens arcu iuuenum manus expulit altis
 Syluestres latebris capreas, & grandia centum
 Corpora cernorum strauit turbata sagittis,
 Et partem posuit Ducibus; cum fama tulisset
 Aduentum, in soceri Moses seruarat honorem,
 Hospitumque dies, & publica gaudia castris.
 Quo magis incensi iuuenes, ne splendida desint
 Lautia, venatu rupes, nemorosaque montis
 Exercent, stratasque feras in tecta reportant
 Hospitis, accumulantque dapes: neque victima casis
 Armentis, gregibusque deest; at pocula lymphis
 Dilutum dat manna merum vincentia nectar,
 Quaeque Maroneo liquuntur palmite vina:
 Prelaque, queis multos Ragucl onerauerat utres,
 Dona Pharaneo Ducibus gratissima tractu.*

Discumbunt

Miratur
castrorum
ordinem.

Et nubis
velum.

Conuiuij
lautitia
vnde,

Venatio
caprea-
rum.

Vina Ie-
thro attu-
lerat.

416 MOYSES VIATOR.

⁵
Epuli or-
do. *Discumbunt Proceres: medius componitur altè
Extractâ senior sponda, & supereminet hospes.
Secreta aduersis matres conuiuia lectis
Instituunt, Sephorâque loco, & mantilibus ornant,
Vt mediam statuere toris, tum blandus, & adstans*

Mosis co-
mitas. *Inuitat socerum Moses: Tu fausta precatus
Excusare inopes, inquit, Pater, incipe terras,
Frugalésque Dei sumptus; qui tractibus aspris
Exercere suos statuit; sed fronte serenâ,
Prolixis que animis, & largo corde tuorum
Compensa faciles epulas: neque parce paratis.
Viuimus in lucem: deerit neque crastina mensis:*

*INSTRVIT ipse penum Deus, & conuiuia curat:
Nos sopor altus habet, fruges dum nubibus undant.
Hæc simul, & Cererem æriam, quadrâsque recentes
Subiicit, ac cœli donum mirabile frangit
Ipse manu, ferroque epulas, & fercula carpit;
Hortaturque omnes, hilarans conuiuia vultu.*

Miratur
manna
Raguel &
nubem. *Insuetas Raguel fruges, insuetâque liba,
Insuetâque loci, post lapsa crepuscula, lucem
Miratur; nam nulla fugant funalia noctem:
Non ulli appensi lychni laquearibus ardent,
Sed tenebras vincit nubes infusa fenestris,
Perpetuatque diem per tecta illustra flamma,
Ni densa obnubant intenta cubilia pelles.*

*Adstupet his Raguel, epularumque immemor insit.
6 Audieram, nam quò vestros iam fama labores
Quæ ge-
sta in Æ-
gypti pla-
gis. Non tulit? audieram, quantis labefacta procellis
Memphis, Erythraeo tandem sit funditus hausta
Gurgite, quo vobis scissas via strata per undas.
Qui cruor in latices, altoque tumentia tabo
Fluxerit, extinctosque vomentia flumina pisces.
Quas dederint fluiui ranas, queis bulliit alta*

Memphis,

Memphis, & infestis excussa cubilibus aula.
 Nec Culicum nimbi, nec me latuere volantum
 Armata stimulis acies: non puluere sparsa
 Ulcera, non alij casus; tenebraq; per vrbes
 Tartarea, & noctis suprema infanda per omnes
 Tempestas impulsas domos, ferroque coacti
 Aethereo Hebraeos Phary dimittere turmas.
 Sapius haec narrata mihi; sed iam ore minorem,
 Et parcam te fama queror; pro rebus, & isto
 Tantarum cumulo laudum, caelique fauore.
 Quid video? quenam haec fixas miracula leges
 Perpetuata tenent? cursum natura reliquit,
 Alternasque vices umbrarum, & foedera lucis.
 Hic vobis aeterna dies illuminat alnum
 Aera: collucet media sine lampade noctes
 Phoebea, Lunaq; globo: quae sidera nubes
 Occulit obtentu; radiosque Solis opacat.
 Nocturnos eadem flammis illuminat axes.
 At quas deinde dapes, quenam haec compendia cerno?
 Tot mistos uno in lagano, succosque natantum,
 Altiliumque dapum, terrae, caelique sapes,
 Tot pelagi? aut quibus haec veniunt mustacea terris,
 Squalenti, vastoque ad saxa Pharaniam tractu?
 O fortunatos, quibus hanc tam larga laborant
 Astra dapem, & fruges Deus has immunibus addit.
 Talia miranti certatim Aegyptia testes
 Acta viri, casusque viae, & discrimina laudant,
 Et mensas sermone trahunt; queis deinde remotis,
 Depulsaque fame, post dictas carmine grates,
 In generum intentus Ragucl sic querere pergat.
 Haud equidem satis haec unquam tam grandia
 possim
 Prodigia admirans animi comprehendere motu,
 Dd *Queis*

Fama re-
bus gestis
minor.

Nubis iu-
ge mira-
culum.

Deliciae
in manna
omnes.

Mensa re-
mota,
grates
actae.

7
Iechonis
dubia, &
scrupuli.

418 MOYSES VIATOR.

Quis saluos Deus Isacidas his intulit oris.

Filius hæc manus immensa est, ea summa potestas;

Quam contra nil stare queat: sed me illa fatigant

Attonitum miranda magis, secretaque causis

Consilia arcanis, quibus hæc se gratia fundit

In vestrum collata genus, solamque minoris

Isacide stirpem, cur hæc fortuna sequatur.

Nos etiam sumus Abramide: nam sanguine ab illo

Exortus Madian, nostra qui gentis origo:

Primisque Agarides illo se sanguine iactat,

Quosque tulit Cetura parens, que posthuma Sara

Connubiis, tædas tanti sortita mariti,

Implevit fecunda domum: nam, si unicus heres

Isacus; at reliquos ornarunt munera fratres,

Argentumque patris memores, aurumque tulerunt;

Ille greges, patriumque larem. Quid deinde duorum

Isacus ipse pater? quem caligante senectæ

Decepit Rebecca dolo, votisque minorem

Prætulit, ac primum genitura auertit honorem.

Callida si patrios genitrix eludere tactus

Hirsutis potuit manibus colloque caprino,

Num simul, & furto patriam deflectere mentem,

Maiorique erepta potest dare iura minori?

Qui patrius sic erret amor? tamen aspera Seir

Inde colit dorsa in desertis montibus Edon;

Ceu meritis matris diras, odiumque paternum.

Frater habet campum, & pinguem Chananeida sperat.

Nunquid non fratres Iacobus & Esau? uno,

Nempe, salutarunt progressi sidere lucem.

Unde igitur tam diuerso via ducit utrunque

Tramite, & infestis adeo discordia signis

Concorda gerunt, atque ex utero primordia pugnant?

Ille mihi interdum dubiam diuortia mentem

Suspendere,

Iacob dilectus, Esau relictus.

Abraham filij alij. Gen. 25. 6.

Iacob supplantat fratrem. Gen. 27.

Esau neglectus. Malach. 1. 2.

Suspendere, rato quamvis mortalia flecti
 Cuncta Dei nutu haud dubitem; tamen illa profundis
 Abdita consiliis animum mihi quaestio turbat,
 Cur adeo imparibus fratrum stet sortibus urna?
 Cur adeo varij iacent mortalia casus?

Malach.
2. 10.

Nonne Deus pater ex aequo est? legemque cadendi,
 Nascendique dedit cunctis mortalibus unam,
 Quos dirimunt tanto vita discrimine sortes?
 Hos animis si forte potes, precor, exime scrupos;
 Fortunamque mihi vestrae, causasque fauorum
 Pande domus: refert nostros id scire minores.

Deus pa-
ter vnus
omnium.

His animi erecti dictis, atque omnibus ora
 In Mosem conuersa, iubar qui frontis abactio
 Sippario in leuam, mulcens, vultumque serenans
 Temperat ipse manu radios, ac talia fatur.

8
 Questio-
nis diffi-
cultas.

Immensum, socer almae, iubes tentare profundum,
 Quo vix vlla regunt audaces sidera cursus;
 Et vix vlla tenent optatos carbasa portus:
 Pugnantisque tamen circum exerrantia venti
 Vela ferunt, cacisque impellunt Syrtibus austri:
 Sed quia iam fractumque viae, fessumque senectae
 Inuitat nox alta thoris, ingentia cursim
 Corripiam spatia, & te summa per aequora ducam.

Principio figenda animis sincera voluntas
 Illa Patris, qui sidereos nutu extudit orbes,
 QVA IVBET HVMANVM GENVS OMNE OPTARE
 SALVTEM,

Deus vult
saluari
omnes.
1. Timot.
2. 4.

QVAM parat, atque offert cunctis, nullumque perire
 Expetit, ac caelo, nisi nolint, asserit omnes.
 SED SVPERARE GRADVS, & Diuum scandere in
 arces

Non opis humanae labor est, nisi Gratia dextri
 Numinis, inceptetque viam, gressusque secundet,

Sine gra-
tia nulla
salus.

420 MOYSES VIATOR.

Ac totum decurrat iter comitata volentes.

Nulli de-
est. ET NULLI TAMEN ILLA DEEST, *semperq³ laceffit
Hortatrix, stimulisque mouet contendere cursus.*

*Quin præpandit iter : comes it : tum fronde virenti
Confectâ iam lata viâ capita inclyta cingit.*

Multi-
plex est.

*Humani generis Princeps, & prima Virago,
Heua parens, illam campis vidère beatis*

Adam cū
toto ge-
nere vo-
catus.

*Egregiam, & tota cum posteritate vocantem
In cælos, rectâsque vias, facilésque docentem.*

Diaboli
inuidia
mors.

Inuidit Stygius Coluber, linguaque venenum

*Fudit in excelsas vitiato semine stirpes,
Vnde mali virus ramos irrepfit in omnes.*

Sic letho patefacta via est : sic clausa SALVTI.

Deus be-
nè illâ
vlus.

*Quid tibi vis, Orcine Draco? Deus increpat : at
fraus*

*In caput hac reditura tuum est ; quod foemina franget
Vna tibi ; spargétque elisum calce cerebrum.*

Vos inter flammabo odia ; hoc de fomite bellum

Inimici-
tiâ posi-
tâ.

Æternis inimicitiis ardebit : & iras

Vestri exercebunt damnatâ pace minores.

Tu vesceris humo posthac, quam pectore verres,

Et tecum luteas animas, quæ puluere serpunt,

Sponte tibi scelerum socios cum puluere mandes.

Electi in
Christo
Sancti.

Gens Electa virum, mulier quos illa videbit

Progenie eximiâ genitrix, quosque ille creabit

Virginis exortus partu iam Victor & Infans,

*Bella gerent, regnumque tuum, inuidiamque pre-
mentes,*

Gratia, &
vocatio
instaurata
in Chri-
sto.

Rursus iter cælo inuenient, tutumque tenebunt

Victores Erebi, & mortis. Sic fatur, & omnes

MORTALES VOCAT AD VITAM, rursumque salutem

Orditur miseris ; tantum non libera cogens

Arbitria humana mentis ; sed blandus amicè

Allicit,

Allicit, inuitatque bonis, ac munere vita.

Heu! MORTEM PARS MAIOR AMAT. Iamque impia Qui reie-
flagrant *cti.*

Dissidia, infestantque Electam praelia gentem:

NAM NEQUE per nullos vita illis pacta labores, Vitæ ad-
Nec leuibus Virtus olim explorata periclis, ditus la-
Sed spectata diu, longisque exercita pugnis. bor Vir-
Fraternis placuere odiis exordia bello. tutis.

Prima duos inter primos discordia fratres

Exitit. INVIDIA angustum iam fecerat orbem.

fam cumulanda sacris steterant altaria donis;

junior hinc Fidei prestans, lectissima tollit

Munera caularum, positisque altaribus offert.

Grandior hinc natu macro de mergite culmos

Dat tenues, parcoque sinu temere admouet aris.

Ecce ferens flammam caelo fax missa sereno

Electas cadit in pecudes, & munus Abeli

Clara vorat, caeloque affirmat teste litatum.

Inde ratus sua dona Deo contempta Cainus

Subiicit inuidia ardentem iam tristior ignem,

Incenditque leues, & amaro corde maniplos:

Non animum carpsitve metu, veniamve poposcit;

Mærorem sed fronte gerens, liuentiaque ora

Deiectus fremit in supremum murmure Numen

Infando; queriturque suo sine crimine curam

Neglexisse sui Superos: sine iure minorem

Prelatum: mera dona Dei falso arrogat annis:

Nec videt illa sua prohiberi munera culpa,

Ex equo ne fonte fluant in pectus iniquum.

Cui Deus occurrens; NEC ENIM mortem ille reorum

Experit, aut quenquam mauult dependere poenas,

Quam veniam vitamque frui, quam protinus offert

Hostibus occursum. Quorsum tibi tristior, inquit,

D d 3 Tabescit

Vitæ ad-
ditus la-
bor Vir-
tutis.

IO

Bonos
mali af-
figunt,
Abel, &
Cain sa-
crificant.

Abelis
dona gra-
ta Deo.

Caini tri-
stis inui-
dia.

Querelæ
impie.

Iniquus
astimator
gratiæ.

Cain ar-
guitur à
gratia.

422 MOYSES VIATOR.

*Tabescit luctu facies ! quâ liuida causâ
Lumina ? deiectaq; gena, vultusque rigentes ?
N'onne tui est iuris facinus ? Num iuris honestas
Eiusdem arbitriūque tui ? Num subdita virtus
Ex equo, vitiumque tibi ? at MAGIS OBVIA VIRTUS,
QVAM VITIUM; quam pœna omnis, quam premia
suadent,*

*Et natura petit. Vitio deterret iniquos
Pœna sequax, scelerisque admissi conscius horror.
Quid palles ? mœstumque animum quid liuidus angis?
Fortè suo virtus pretio tua sola carebit ?
Pro meritis neque iusta ferēs tu premia solus ?
Tuta tibi merces, seu te delectet honestum,
Seu vitij sectere vias; nec premia castis
Differo, nec lento sequitur pede pœna scelestos.*

Consciē-
tia lattri-
trix dira.

*Te quoque si mala mens recto de tramite vertat,
Protinus ante fores rictus larrator hiantes
Obiiciet, qui pectus atrox conterreat ore,*

Arbitrij
libertas
in libidi-
nes.

*Accumbensque reum laceret latus. Ergo age frenis
Flecte animos, iramque doma : tibi seua cupido
Omnis ad arbitrium mentis ratione regenda
ACCIPIET FRÆNOS, neque quidquam iniussa nocebit.*

II

Caini ira
in Abelū.

Quem voluit lenire, auxit censura dolorem :

Seducit
in agrum.

*Ægrescitque magis leni medicamine virus;
In fratrem vertere mina : sed callidus abdit
Consilium : hortatur, vicina noualia visant,
Nupèrque inuento digestas vomere messes :
Clam ferro accinctus, validam de more securim
Fert humeris, falcemque manu, quibus occupet ictum,
Vi fors cumque feret. Consulto iurgia captans,
Deque Deo illato miscens sermone querelas.*

Blasphe-
mia in
prouiden-
tiam.

*Dannus, ait, quisquis Numen mortalia fingit
Aspicere, aut humiles orantum audire vocatus.*

Si

Si qua foret cœlo miseris mens prouida rebus,
 Longè alio prorsus fluere nostra ordine fata:
 Nec cæci ingruerent casus, nec cæca labores,
 Obtererent campis tot tempestatibus astra:
 Quo mihi relligio vanos mentita timores?
 Sic colimus frustra Superos? Non passus Abelus
 Plura queri scindit lacerans à pectore vestes,
 Et supplex. Heu parce, precor, parce impia, frater,
 Verba Deo presente loqui; quin intima mentis
 Ille etiam visu penetrat; caue corde volutes
 Talia; namque ubi non spargit mens prouida curas?
 Omnia plena Deo, & summi vestigia Patris
 Cernere ubique tibi, ac manibus contingere fas est.
 Non adeo à nobis abière exordia mundi:
 Iustitiam experti superant utrique parentes,
 Nos etiam pœna exiliy, mortisque sequuntur:
 Spectamus patrias lacrymas, partusque labores
 Maternos. Quid? tu me etiam, tumido ore Cainus
 Ausus, ait, dictis, monitor vanissime, terres?
 Et simul improuisa ruens in iurgia sternit
 Incantum valido impulsu, stratoque repente
 Dissisâ duplicat mortem ceruice bipenni
 Turbidus: at gemino ne fortè errauerit ictu,
 Quo fuit accinctus, reserat vitalia ferro,
 Scrutatùrque anima latebras: fluit undique rivis
 Horrendo clamore cruor. Tua gratia, frater,
 Hec erat? hæc patriy commercia sanguinis isto
 Abrumpenda sacri ritu? sic victima cador
 Prima tibi? Heu! tristes auertunt sidera cœli,
 Et tremefacta meum tellus, anido ore cruorem
 Haurit hians. Heu! quàm metuo tam tristia ritè
 Ne tibi sacra litent, sintque instauranda nepoti;
 Diraque tute cadas incauto victima telo.

Rixæ oc-
 casio que
 fita.
 Abel im-
 pietatem
 arguit.

Dei boni-
 tas, & iu-
 stitia re-
 cens.

12
 Cain oc-
 cidit fra-
 trem.

Clamor
 sanguinis,
 & quere-
 læ.

424 MOYSES VIATOR.

*At nihil ille ferox odiis clamore mouetur
Sanguinis horrendo, nec dum fera verbera sentit
Carnificis sani, & sanos sub pectore morsus.*

Gratia
Cainum
reuocat.

*Cui Deus incutiens stimulos: Ubi iunior, inquit,
Frater abest? aut quâ solum tellure relinquis?
Ille ferum dictis facinus sic sanus acerbat.*

Respuitur
vocatio.

Deus mi-
nis vo-
cat.

*Quid me, inquit, de fratre rogas? mihi forsitan vni
Creditus obses Abel, & eget custode Caino?*

*Infelix, quid dissimulas? Deus excipit, vltro
Mentirisne etiam ipse tibi? necdum illa cruoris
Fraterni tellure sonans te terrificat vox?*

*Cuius & in cœlum venit mihi clamor, & astra;
Ipsaq; horrescunt respersa sanguine cautes?*

Caini tre-
mor per-
petuus.

*At tua te impietas profugum tellure sequetur,
Et trepidantē animis, & quercera membra tremētē,*

*Quo te cunque feres: sterilisque, & inhospita tellus
Omnis erit: titubata tibi vestigia subter*

*Horrisono tristes agitabunt carmine Diræ,
Exemplumque dabit mundo execrabilis horror.*

13
Durities
cordis
Caini.

Sed non in lacrymas oculos, aut pectora luctu

Tam tristes soluere mina: non crimen apertum

Confessus pudor, aut animum pupugere dolores.

*Quid faciat duro Numen, neque corda ferenti
Summissa in veniam, neque pacem voce precanti?*

*Ah! quanto precibus, quantoque benignior aures
Supplicis adiceret lacrymis, qui tanta minatur
Ut reus exorare velit, speretque salutem?*

Solam
mortem
corporis
timet.

Quod petit infelix mortalem extendere vitam,

Ultricesque procul profugo depellere pœnas,

Concessum: mediâque insigni stigmatē frontem

Fert vagus, impressumque gerit trepido ore pauorem,

Signum
quale in-
ustum.

*Quem meruit mala mens, nimis & quia sæpè paterni
Posteritas hæres sceleris, documenta nepotum;*

Ac

Ac ne quis tetigisse velit, quem perculit ictu
 Numen, ut attonitum cœlesti fulminis igne.
 Heu! fugit infelix desperabundus, & erro:
 Nec reuocantem audit Nemesim sub pectore surdo,
 Non illum exilij erumna, non sæcula flectunt,

Obstina-
tio duri
cordis.

Henochiam intentus fundat dum mœnibus urbem.
 Hæ fratrum gemina sortes, exemplaque mundo
 Proposita absolunt summi iustissima Patris
 Arbitria, & meritis pœnas, aut præmia ponunt.
 Et quisquam de iudiciis, aut lege queratur
 Præterea? aut quis non similem se malit Abelo,
 Viuere quem tantus perhibet post funera clamor,
 Elysias meruit primus qui sanguine sedes.

Iustitia
Dei in re-
iectione.

HÆ GENVS humanum gemine in diuortia sortes
 Omne ferunt: ea cuique datur, quam sponte sequutus
 Optarit; vitium, aut virtus; vel flamma, vel unda;
 Mors, aut vita, pares meritis; ut crimina, mortem
 Debet quisque sibi; VITÆ LVX DEBITA, cœlo est.
 Respuit oblatam peccandi sola libido.

Electio
post ob-
latam gra-
tiam.

Quòd tibi si planum fieri per plurima poscas
 Facta virum, & placeat repetentem exempla ma-
 lorum,

I4.
Idē ostē-
ditur in
diluio.

Cum turbâ, numero exiguo componere castos;
 Aspice mersa, Pater, reparantem sæcla Noëmum,
 Formantemque, Deo speciem tradente, carinam
 Immanem, quæ reliquias pecudumque, hominumque
 Acciperet clausas utero, laterumque cauernis.
 Centum annos tenuère senem molimina tantæ
 Puppis, & ingentes exhausit machina sylvas.
 Interea trabibus costas dum firmat acernis,
 Et fartos pice contextu defendit hiatus,
 Asphaltoque trabes foris, & ferruminat intus,
 Quam sæpè ex altâ mortales puppe vocatos,

Noë arcã
zificat.

426 MOYSES VIATOR.

Hortatúsque manu, & clara sic voce repressit?

Noë præ-
co pœni-
tentia.

*Quis furor? heu! cacas mentes quæ tanta libido
In brutas vertit pecudes, cœnoque volutat
Libatas è cœlo animas, spirantiâque ora
Artificem, & ductos similes à Numine vultus?*

Gigantum
mores.

*Effera sacra hominum, genus heu infame gigantes!
Speratisne Dei mole hac euadere dextras
Corporeâ, & cœlo extructos opponere montes?
Imminet ille ultor vobis, iam iamque ruinas
Imbribus impellet cœli: iam funditus antris
Eruet Oceanum, & fluuios, montesque refusis
Supremos abscondet aquis, altèque sepultâ
Tellure extinguet luxus incendia vestri,
Delebitque notas scelerum, & vestigia fastus.*

Vocantur
omnes.

*Dum licet ô tantos lacrymis auertite fluctus:
Obruite infandos animis mœrentibus ignes
Luxuria, & mores planctu damnate scelestos.
Quod superest, ex quo hanc tabulis contexere pup-
pim*

120. anni
dati ad
pœniten-
tiam.

*Iussus, opus cœpi vobis spectantibus, annos
Bisdenos centumque Deus promisit: & ultra
Nil erit, aut terra vobis, aut temporis usquam;
Iam tantum de summa abiit! venit hora, ruitque
In vestrum vindicta caput: iamque ardua cœli
Astra fremunt, glomerantque ignes, & fulmina venti.*

15
Vocatio
gratiæ
respuitur.

*Talia iactantem nequicquam, & voce minantem,
Hortatúsque operas, & luce & nocte prementem
Circumfusa rati risu insultante corona
Excipit ut senio delirum, aut bile nigranti
Concussâ tantos agitantem mente labores.*

Noë irri-
detur ab
impiis.

*Quæ tam longa, senex, te Vatem insania fecit?
Quis modus hic, aut forma ratis? nec remigis alas
Nuda super tabulata ferunt: nec cornua malo*

Vlla

Vlla tremunt, nec vela tument: non clauus in altâ
 Puppe, nec aduerso qua pendeat anchora rostro.
 Quo molem hanc feretri immanem? queis fluctibus
 arcam

Obiicis? ut clausus tenebris, & mole sepulcri
 Expectes mortem mediis tumulatus in undis?
 Iam morere, aut viuum feretro compone cadauer,
 Et tibi iam cane, sis, carmen ferale sepulto;
 Floribus at nos interea, vinoque fruimur,
 Voluemusque hilares tua circum busta choreas,
 SORS HÆC summa, breuis sola hæc sapientia vita.
 Ille iterat scelerum diras, monitusque salubres:
 Instaurant istique epulas, & vina frequentant.
 Heu! verum serò sensuri carmine Vatem,
 Quem modò suspendunt nasis, cuique ocyma cantant,
 Donec summa dies, & ineluctabile noxis
 Naufragium inuoluat terras, atque omnia mergat.

Vndique collectos animantium in semina cœtus,
 Connubiis quacunque suam liquido aëre gentem
 Certâ lege creant, & egent spiramine vita,
 Nec sub aquis possunt pelago stagnante teneri,
 Aligeri clausere cauis; nam pabula Vates
 Omnibus intulerat, stabulisque instruxerat aluum
 Ingentem, & plures dederat per tristega cellas,
 Octo animas, tot de populis, quas casta coëgit
 Puppe Fides, patrem & natos, matrêmque nurusque
 Connubiis iunctos quatuor, Deus abdidit alueo,
 Opposuitque fores, & pinea mœnia clausit,
 Custodisque super Genios, circumque locauit
 Excubias, ne qua possent vi scandere muros,
 Aut violare ratem, ponto exundante gigantes,
 Nève exaudiri gemitus; neu seua viderent
 Naufragia, & miseræ mortes, casusque suorum.

Sap. 2. 6.
 Coronā-
 tur solis.

76

Animan-
 tes cogū-
 tur in ar-
 cam.

Octo tan-
 tum ser-
 uati.

Angelorū
 custodia.

Vesper

428 MOYSES VIATOR.

Matth. *Vesper erat, blandum occasu rutilante serenum,*
 24.37. *Ducta dies de more epulis, passimque Hymenais*
 Dies Noë *Producta in seram ludi, & conuiuia noctem;*
 mi. *Postera lux eadem somno sperata sepultis.*
Heu surdas monitis mentes! QVIS TEMPORA NOVIT
 Tempora *Numinis? aut quis consilio, quas temperat horas?*
 & momē- *Quis lapsas reuocare queat? momenta supini*
 ta gratia *Respiramus, quibus aeternum mercarier auum*
 vocantis. *Fas erat, aeternumque decus. Media ecce fragores*
 17 *Horrendos de nocte: poli porta omnis utroque*
 Improvi- *Axe tonat, tellusque sono concussa remugit,*
 sum di- *Excussisque suis fontes, & flumina ripis,*
 luuium. *Littoribusque mare elato iam gurgite spumant,*
Ceu specubus venti subeant, & flamina fluctus
Eiciant illapsa cauis, frenisque solutos
Ire foras undis iubeant spumantibus amnes.
Ac simul emissi rumpuntur nubibus imbres,
 Imbres *Continuūque sonant tectis, neque nubila tanto*
 continui. *Fluxu exhausta cadunt, ipsum se in nubila caelum*
Infundit, grauidasque fouet denso aere nubes,
Perpetuatque hiemem nimbis, & Pleiadas auget.
Rarescunt auctu fontes: ebullit ab Austris
 Terra in *Oceanus; tellusque cauum in se contrahit orbem,*
 se contra- *Compressoque sinu pelagi vomit abdita fundo.*
 eta. *Quid moror? abrupti somni, sonitūque corusco,*
 Terror *Torrentūmque vadis sylvas, & saxa rotantum,*
 vbique. *Principioque rati de tempestatibus vnā*
Ferre hiemem assuetam campis, reditura serena
Mox, imbri exhausto sudum referencia Solem.
 Spes fal- *Expectant thalamis clausi, aut si forte fenestris*
 lax. *Quasiuere diem vanos risere timores.*
SIC LACTAT mens dura malos, spesque improba
fallit.

Ut totam tenuit lucem fœda imbribus atris
 Eluuiis, lucemque sequens nox horrida nimbis
 Auxit aquas, & iam positos superantia fines
 Flumina, torrentesque sonant, tectisque minantes
 Excidium, ac ruptis vrbes iam molibus intrant,
 Tum verò audiri gemitus, dirique timentum
 Clamores, rursusque inopes, inopesque regressus.
 Quis memoret, que tum illa fuit generalis imago
 Naufragij? aut possit verbis æquare laborem?
 Queis fuga non tentata modis? pars scandere tecta
 Principio: pars in celsos contendere montes.
 Sed iam tecta vadis, aut fluctu auulsa feruntur,
 Aut instantem vndis metuunt labefacta ruinam.
 Iam pontes rapidi mediis in vallibus amnes
 Transcendere suos, & quanuis vasta Gigantum
 Corpora vorticibus terrent, rapiuntque natatus
 Tentantes: frustra in scopulos, proceraque nixi
 Robora sylvarum, saxorum aut vertice pendent:
 Conueniunt mixtaeq; fera, lassæq; volucres
 Montibus; & quo quemque tulit fortuna, vel audax
 Consilium, inuenere famem, que tristior ipsis
 Naufragiis: membra arescunt immania tabe:
 Aut gelido concussa metu: iam flumina cursus
 Amisere suos, aut tantum ad sydera surgunt.
 Iam sine littoribus furit æquor, & omnia pontus.
 Attollunt molem fluctus, natat alta carina,
 Quòdque ferè mundi superest onus, æquore librat.
 Undarum tumulos circum latera ardua frangunt
 Vinci indignantes sine clauo, & remige fluctus.
 Spectantur miseris sua passim errantia ponto:
 Naufragia, in tabulis lacera, & diuulsa suorum
 Membra vident, sparsasque domos, ut quisque
 periclo,

18

Horror
periculi
vbique.

Fuga in
montes.

Nulla tu-
ta.

Natus
irriti.

Fames in
fuga.

19

Arca at-
tollitur
vndis.

Naufragi
vbique in
tabulis.

Aut

430 MOYSES VIATOR.

*Aut tabulis temerè iunctis opponere cymbas,
Aut raptis equitans potuit consistere tignis.
Voluuntur, passimque fluunt sub stagna, gemuntque
Defecti, ratibusque vagis elisa terantur
Corpora; fatalem nequicquam adnare carinam
Contendunt pars magna fretis, recipique precantur
Tendentes clamore manus, contisque petentes.*

Serò pe-
runt Ar-
cam.

IT PELAGO VATES, ET INEXORABILIS ALNVS.

Clausa
est ianua.

STANT ADAMANTE sera, & surdo septa ostia
ferro,

Excubiaeq; super vigilant, miserósque repellunt.

20
Sera sa-
pientia.

*Tum verò accusant surdas ad seria mentes
Consilia, & spretos monitus, quos nauita Vates
Eloquiòque, manuque dabat, cum tempore tanto,
Centum annis, solidas in puppim iungeret alnos
Fata canens, coelique minas, ut vertere vellent
Ad lacrymas, & vota animos, luxúque remoto
Castá per oblatam ieiunia poscere pacem.*

Querela
sera po-
nitentia.
Sup. 5. 4.

*Heu miseri! sua quos huc tandem insania vexit,
Conclamant, quibus hos risus peperere dolores,
Has Veneres lacrymas, atque hos Fescennia planctus!
En morimur, rapimurque fretis! iam perfida merfit*

Spes irri-
ta.

*Ab! cacum fortuna caput, mersamque secuta
Spes pariter fluxere omnes fallacibus undis.
Sero inopes curas damnamus, & impia vota.*

Multorú
poeniten-
tia salu-
taris.

*Nunc tu sola salus, cuius tam longa vocantis
Ad veniam, tam lesa diu patientia surdis.
Nec petimus vitam, rapiant hac corpora fluctus,
Quos foeda eluuias, scelerumque licentia tollit:
Tantum animas miserare, Pater, tua IVSTA fa-
tentum*

*IVDICIA; & meritos grauiora piamina Manes
Accipe placatus, pelagique piantibus undis*

Purgatos,

Purgatos, ne Tartareis rursum obiice flammis.

Talibus orantes lacrymis, plerique feruntur
Fluctibusque, hisque animas supremis vocibus efflant.

PRONA PATRIS miserescere mens, nulla edere
mauult,

Quam venia exempla, & tristes compescere pœnas,
LÆTARI NEC MORTE POTEST IPSISSIMA VITA,

IN STYGIIS mortem scelera inuenère cauernis,

Et dura accersunt, post spreta piacula, noxa.

Sed varios vite casus mortalis, & horam,

Que rapit extincti vitalem corporis ignem,

Commissis statuit Deus esse piacula noxis,

Purgarique iubet fontes benè cladibus vsos.

Ergo Pater, quoscunque imo sic corde dolentes

Audiit, effusos quamuis non reprimat imbres,

Nec scelerum vltices pœnas, tamen ore benigno,

Placatoque sinu transmissos equora Manes

Accipit; interea tutos spes carcere condit,

Libera speratam aduoluant dum sæcula lucem.

At plures, longè plures, neque territat horror

Oceani: neque tot sparsa super equora mortes

Admonuère; fremunt animis, atque ora natantes

Indignata mori, cœloque aduersa suspirant,

Ac tumido eiectant illapsos gutture fluctus,

Sed frustra: querulas fauces super obruit vnda;

Sic sub aquis gemebunda iacent sæcla illa Gigantum:

Sic culpâ perière suâ, qui fluctibus hausti,

Et spreuère Dei monitus, horamque salutis.

Cum Patribus rapti infantes, pœnâque parentum

Impliciti: sed causa reos sua segregat omnes,

Mox alio dirimenda foro, quo crimina tantum

Quemque grauant sua, quo repetit sua pramisa
virtus.

21

Dei misere-
cordia
in pœni-
tentes.

Mors &
pœnæ fa-
lutares.

1. Petri
3. 19.

Plures
ot sinati.

Gigantes
Iob 41.

Insuper à
natura dis-
tempit.

Quid

22

Pentapo-
lis exem-
plum pa-
tientiz
Dei.

Quid referam tibi quinque vrbes, quas flammea
mersit

Eluuias, & nitrosas è nubibus imbres?
Nec scelerum labe toto satis aquore lauit
Oceanus: superant spargenda incendia cælo,
Quique vorent terras ignes, elementaque soluant
Omnia, consumptis scelerum omnibus incentiis.
Prolusere orbi Sodoma, infamisque Gomorrha,
Damnataeq; rogis saxa ipsa liquantibus vrbes:

Marc
mortuū.

Seruat adhuc nomen lacus, & vestigia durant
Mortis, inaccessa viuis animantibus vnda,
Et scelera expirans vapor, & cinis omnia circum,
Pomaque Tartareis sub fuco facta fauillis.

O valles! nemorum quondam syluestribus umbris,
Et medio irrigui fluxu Iordanis amoene,
Cultaque Edenei speciem referentia campi!
Nunc infanda palus cælo execrabilis vnda,
Infamisque lacus, facies foetentis Auerni.

Peccato-
rum cla-
mor.

Quam cunctata diu summi clementia Patris
Pertulit horrendis pelli clamoribus aures?
Continuitque manus, donec rumpentibus astra
Vocibus, ac tandem irato descendere cælo
Cogitur, utq; oculis propior dum crimina querit,
Disceptatque tuens, consultosque audit amicos,
Differat excidium, & veniam det, forte rogatus.
Heu! quam dira luem late spargebat Erinnyis.

Dei mise-
ricordia.

Quamque diu obtendi venie indulgentia causam
Quasuit? contenta decem concedere castis
Tot fontes animas, scelerumque remittere poenam
Supplicibus: pudet Abramum certare querelis
Ulterius; ponitque preces, & supplicis ora:
Iustitia fauet attonitus, tot in vrhibus exsper
Integros reperire decem. Vix impia bini

Mœnia

*Mœnia contigerant aula cœlestis alumni.
 Protinus hospitium inuitat Lottus Ephebos,
 Lottus Araniades, Sodoma qui tum aduena muris
 Immensas cumularat opes; sed largus apertâ
 Dona manu passim in miseros spargebat egentes:
 Aeternum memoranda domus cœlestibus olim
 Hospitiis, tanta domino mercede redempto!
 Ibant ætherei iuuenes, queis lactea colla,
 Candentesque humeros crispante euerberat auro
 Casaries: roseus malis pubentibus altè
 Ardet honos, similisque Deo stant lumine vultus,
 Seria maiestas sedet, & reuerentia fronte.
 Vnde faces non concipiat tam cæca libido,
 Quam nulla iam lege tenet natura, nec ullus
 Calcata ratione pudor? noua præda notatur:
 Designata oculis ades, peregrinâque forma:
 Exarsere faces animis: ceu sæpè propinquâ
 Noctè lupi, quos dira fames, & sanguinis ingens
 Ardor agit, videre gregem, quem pastor ab alto
 Monte domum latus declinâ Sole reducit.
 Illi ex insidiis auidi vestigia seruant:
 Ductoresque notant geminos capita alta ferentes
 In mediis, niueoque extantia vellere terga;
 Obscurâ mox septa ruunt ad ouilia noctè,
 Exululântque truces, signatâque corpora poscunt.
 Excitus fremitu propugnat ad ostia pastor,
 Armatique canes magnis latratibus obstant.
 Haud aliter rabie infandâ suadente globati
 Circum tecta fremunt omnes, omni ordine ciues;
 Et prædam clamore petunt, Lottoque minantur
 Exitium. Frustrâ ille foras progressus, amanter
 Obsecrat ardentes, præsentis aut Numine terret,
 Infandum si fortè nefas leuiore refelli*

23
 Angeli
 duo ho-
 spites.

Formæ
 angelicæ
 dignitas.

Sodomæ
 libido.

Vt lupi
 prædam
 notant.

Sodomitæ
 ad ostium
 domus.

Hospites
 suos tue-
 tur Lottus.

E e Flagitio

434 MOYSES VIATOR.

Flagitio queat: at ratio iam nulla paratos

Ad facinus, neque vis incepto absterreat vlla.

24
Filiis fu-
rentibus
offert.

Ergo virgineo præstantes flore puellas,

Quæ spes sola patris, geminas perstantibus offert,

Hospitibus tantum parcant, & tanta verentes

Dedecora, absistant furis immanibus, ipsa

Naturâ monstrante vias, lumênque receiptent:

Cæca tamen circum, cæcisque ardoribus instant

Tecta cohors; rapiantque virum, illudantque monenti,

Vocantur
penâ ex-
cæcati.

Ni iuuenes reuocent intrò, retrahantque furentum

E turbâ, ac valido obiciant munimine postes.

Ac simul emisere manum caligine densâ

Offundunt oculos; geminâque in nocte relinquunt

Implicitos tenebris: nequicquam ad limina nota

Explorant aditus tactu, totâque vagati

Urbe suos quærunt gressu pendente penates.

SIC INFANDA suis tenebris mulctata libido,

Inq; oculos caligo animi suffusa resedit,

Ne videant ignominiam, flammâsque sequentes.

25
Exitium
imminens
urbibus.

Namque indignati iuuenes tam cæca furentum

Pectora, quin, aiunt, laribus te protinus hospes

Proripis, incestâsque procul fugis impiger vrbes?

Imminet exitium populis, campisque: quid hæres?

Accelera; grauida igniferis tibi nubila nimbis

Suspendere faces, & adhuc sua fulmina frænant;

Erumpent iam, iamque ignes; age, coge propinquos,

Collectâmq; domum, & generos his eripe muris

Lotus
amicos
monet,
vocâtq;

Ocyus. Egressus tectis hortatur amicos

Præcipitare fugam, iam iam impendente ruinâ

Tectorûmq; hominûmq;: instare incendia cælo,

Terrarum insuetos motus, atque ignea stagna.

Irridetur
vocatio.

Insanire putant, aut fingere ludicra somno

Illusum, aut vino, aut curis nigrantibus agrum.

Albescit

*Albescit iam luce dies; telluris amore
 Cunctabunda fides in primo limine torpet:
 Plena adeò migrare domo, tot linquere campis
 Divitias, tantòsque greges, securàque passim
 Otia, triste viro; facies nam nulla pericli
 Terret adhuc: dubitat solus: nec credula coniux
 Hospitibus: geminas angunt sua vota puellas,
 Nubilibus pactas annis, generique morantur.
 Ipsi adeò dominum famuli risère timentem.
 Heu quid agat? quas ille domo pereunte reseruet
 Reliquias? qua certa fuga solatia tollat?
 Virginibus qua sit miseris fortuna? quid uxor?
 Incomitata fugam capiat? quas tendere terras?
 Cunctantem, neque consiliis sat certa mouentem
 Aligeri extrudunt tectis, manibùsque prehensos,
 Uxorémque, duàsque simul cum matre puellas
 Extraxère domo, subitoque è mœnibus urbis
 Emisère, supràque hæc trepidis mandata dederunt.*

*Eripe te; tibi, quid cessas? via tuta salutis
 Sola fuga est: vitàmque tuam, vitàmque tuorum,
 Dum licet, abde fugà, montisque abscondere dorso.
 At caue versa retrò fugiens huc lumina flectas
 Ad Sodome fumantis opes, excussàque cælo
 Fulmina; neu coniux, nève hïc peccanto puella,
 Ardentémque velint patriam spectare retortis
 Luminibus, casùsque oculis haurire suorum,
 Tanti spèrque fugam lacrymà miserante morari.
 Haud impunè retrò quisquam respexerit; olli
 Pœna sequens aterna solo vestigia figet.*

*Vix dederant ea iussa viro, tutòsque receptus
 Vicinam in Segorem, senior quam poscit asylo,
 Diffusus spatio in celsos euadere montes.*

Atque utinàm, montis potiùs longinqua petisses

26

Loto quæ
 remoræ.

Fugæ im-
 pedimen-
 ta.

Educunt
 moratè
 Angeli.

27

Fugà iu-
 bent.
 Vetant
 respicere.

Lotus
 petit Se-
 gor in
 perfugiù.

E c 2

Fraude

436 MOYSES VIATOR.

*Fraude alios pater infelix impulsus in ignes !
Non facerent vina incestas Segorea sorores.
Hec quoque culpa tamen madido præstanda parenti.*

*SIC ETIAM INFANDÆ gentis consortia fœdant
Innocuos. Sodomâ quisquam vix integer exit :
Nam matris labefacta fides ; corrupta puellis
Ingenia : & falli facilis per vina maritus.*

28
Imber
igneus è
caelo.

*Iam Sodoma tecta alta flagrant , tecta alta Go-
morrha ,*

*Iam Seboim piceis, Adamâque è nubibus imbres
Corripuère : tonat tellus, cœloque furenti
Responsat concussa cauis, riuosque flagrant
Sulphureis laxat venis : sonat ignea toto
Æthere tempestas, & nitro flammeus imber ,
Quo sylua , quo rura flagrant, liquefactaque celsis
Saxa iugis voluunt rapidum torrentibus agmen ;*

Ignis è
terr , &
aquis.

*Omnibus vnda vadis bullit : iam terra dehiscens
Faucibus absorbet quatuor cum collibus vrbes ,
Atque domos mediis sparsas in vallibus haurit :
Phlegreâque infert haustâ conualle paludem
Eructans Phlegetonta Erebo , cacique meatus
Committunt Stygios vndis infamibus amnes.*

Mare
mortuû.

*Mortua nunc etiam post tanta incendia fumant
Stagna vadis , tetrûmque exhalant gurgite sulphur.*

Quâ hor-
rêda stra-
ges.

*Quid referam tristes furias , seuosque dolores
Tot pariter populorum horrendâ in clade vlulantum ?
Effugiique vias altis circum ignibus omnes
Undique præclusas ? infra , supraque vomentes
Flammarûmque globos tellurem , & fulmina nubes ?
Non crypta , non antra tegunt, non frigida riuus
Flumina, non ullo tellus defendit hiatu.
Undique prorumpunt ignes , mersique profundis
Gurgitibus sensere rogos , elixaque stagnis*

Corpora

Corpora defluxère : cadunt vacua artubus ossa
In cineres, rapidúmque statim soluuntur in ignem.

Talis erit mundi facies suprema ruentis,
Extremúsque dies ; summo quando æthere Index
Sontibus instabit populis, altóque tremendus
E solio, armabit cœlos, elementáque soluet
Legibus, ac Furiis omnes immittet habenas.
Cui lorica triplex tegit implacabile pectus,
Et surdas ad vota aures premit horrida cassis,
Nutantiésque vibrant cristarum à fronte pavores;
Iustitia in læna riget impenetrabilis umbo:
At dextra horrificis crispans stridoribus hastam
Contorquet, certum exitium, eternúmque ferentem.
Virgatum super ardenti tegit ignea zelo
Arma sagum, & seui præeunt vestigia fasces,
Horrendaq; micant in colla inimica secures.
Heu quis ab occurso fugiat? quæ terra? quis axis
Accipiet, fac velle, fugam? conclusa ruinis
Omnia: conuulsaq; suis stella axibus errant,
Palantiésque cadunt; & mundi ingentia fumant
Mœnia: comparent rediuiuo è puluere fontes,
Compulsique adstant trepido clangore tribunal.

Dum tantos confusa cient elementa tumultus,
Vndantémque globis voluit fragor undique fumum,
Quæ fuerit profugis forsán fortuna requiras?
Semineces terrore, caput ceu cæca sequantur
Fulmina, neglexère suos tantúmque salutis
Quisque sua meminère: fugam nataq;, patérque
Corripiunt; fugit ipsa etiam mœstissima coniux
Principio. Heu! cacum patriæ pereuntis amorem!
Herentiésque opibus curas! discrimine rerum
In tanto, concussa Fides, quàm stare cadentis
Tot Sodomæ clades, tam certa euenta iuebant.

29

Allego-
ria.Mundi
cõfl. gra-
tio.

Luc. 17.

28.

Christus
Index ar-
matus.

Sap 5. 18.

Isa. 59.

17.

Nullum
effugium.Stellæ ca-
dent de
cælo.

30

Quæ for-
tuna vxo-
ris Loti.Fides læ-
psa amore
patriæ.

Ec 5

Non

438 MOYSES VIATOR.

Respectat
patriam
ardētem.

Mutatur
in statuā
salis.

Vestes
etiam in
sale ver-
se.

Cadauer
sibi con-
ditura, &
condito-
rium.
Luc. 17.
32.

Statua sa-
lis æterni.

Sal viuax
fese repa-
rat.
Monimē-
tum incō-
stantiæ.

31
Colligit
Moses vo-
cationem
gratię ge-
neralem.

Non tenet infelix oculos; paulūmque morata
Respectat miserans; simul & sale viscera sentit
Astringi: sale anhelantis concreescere fauces:
Et conata fugā stantes diuellerē plantas,
Pondus iners, scabrūmque stupet per crura rigorem.
Iam sale stant defixa pedum vestigia saxo,
Quo steterat visura rogos: gemit anxia monstis,
Et lacrymę salis imber erant, guttaq; rigentes.
Stant sale tabentes oculi, lucēmq; supremam
Vestigant, sursūmq; aduersis orbibus albent.
Ipsa adeo traxere salem cum corpore vestes,
Concreterique sinus, tunicaq; & pallia seruant.
Per rigidos luctata artus ē marmore vita
Euolat, erectūmq; animā fugiente cadauer
Persistit monumentum ingens, tristēsque salina,
Vnde salem fatuis sacrum Sapiētia prabet,
Et memores iubet insulsos aspergere mores
Exemplo, ac stantis simulacri aduertere formam
Fœmineā in pœnā, fideique ad iussa morantis,
Ne quem pœniteat misisse ad grandia dextras;
NEV COEPTVM virtutis iter mens languida
carpat.

Propterea que salem hunc non vllus diluit imber,
Non vlla absumunt hiemes, aut damna figuram:

Viuit in exemplum pœne immortale cadauer,

Accisōsque sale æterno sibi sufficit artus.

Res loquitur per se ipsa palam, documentaque seruant

Engaddis, mare sulphureum, & stans fœmina signo,

Nitrosoque sinu tetrum halans terra vaporem.

His igitur rerum tantis, Iethro optime, causis,

Sic equidem reor, illa Dei constare voluntas

Clara potest, vitam cunctis quā gentibus offert,

Et dare vult; æterna omnes iubet esse salutis

Consortes,

Consortes, miseransque omnes inuitat; & infert
 Propterea tantum pœnas, plectitque superbos,
 Quod sua sit contempta salus, neglectaque vita,
 Et cæcis toties oblata occasio frustra.

Id Pharaon infelix serò, & Pharaona sequenti
 Fluctibus in mediis tandem clamore professi,
 Et decies confessa Dei sub verbere Memphis
 Spectauit, sensitque manum ad meliora vocantem.

SOLA IGITUR sua sit miseris culpanda voluntas.

At, si quos Deus integros communibus vsquam
 Cladibus inuoluit, vite mortalis abundè

Iacturam sic parca salus cum fœnore pensat,

ET PROPERATA LVCRVM MORS EST; ET FORTITER

HAVSTA

GLORIA: VIRTVTVM SEGETI SORS ASPERA CAMPVS.

Iam verò quod præcipuos toto agmine quosdam

Eximio supra turbam dignatur honore,

Illustratque Deus donis; quis iure queratur,

Quod populis creat ille duces? quod præficit orbi

Signiferâ virtute viros, impensius ornans,

Dèque suis cumulans opibus? que iniuria cuiquam

Hinc causanda venit? MVNDI EST EA PVBLICA

VIRTVS;

Et nulli officiens paucorum gratia, seruit

Omnibus, ostenditque vias, & lumina præfert.

Sed, pater est Deus? Et Dominus, rerumque suarum

Arbiter; utq; pater, Dominusque, æqualis in omnes,

Qui patrem, Dominumque vocant, redamantque,

timèntque.

Sed tamen arbitrio sortes moderante paterno,

Ipsæ suas partitur opes, & munera cunctis.

ET MODÒ quisque habeat sibi quod satis, ac super,

vsquam

Quâ fa-
tetur ipsi
gratiz
contem-
ptores,
Ægyptij
& Pha-
rao.

Calami-
tatum fo-
cietas lu-
crofa in-
tegris.

32
Electi qui-
dam in-
signes qua-
re.

Bono pu-
blico na-
scitur ma-
gni & ele-
cti viri.

Deus gra-
tiz suæ
Domis-
nus.

440 MOYSES VIATOR.

Nemo queri de patre potest, dominóque, nisi quis
Degener in patrem & dominum verba impia iactet
Inuidus in fratres idem, similisque Caino,

Queruli
Caino si-
miles.

Atque haeres, sociusque fuga, fraterque Gigantum:
Aut gerat incudes animo, Pharij assecla Regis:
Inuoluique lacu dignus, flammáque Gomorrhæ.

33
Gratiarú
& donorú
varietas.

Et figulus tot vasa rotâ molitur eâdem,
Axe vno tam dissimiles volente figuras;
Argilláque, manique vnâ, nunc vrcens exit,

Officina
figuli.
Rom. 9.
20.

Amphora nunc; usus varij, diuersáque poscunt
Munera distantes, variaque capedine formas;
Maiorémque refert artis prudentia laudem,

Quò plures simul illa vias insistere formis
Una potest, atque ingenij comprehendere curâ.

Stellæ in-
æquales
mole, &
luce.

Quid memorem tam dissimili fulgentia mole
Sidera, nec paribus radiis & lumine stellas?

Quæ, quanta tamen arte suos alto æthere cursus
Nocte regunt? atque ut vigilum custodia seruant,
Muneribusque suis letata, & sortibus omnes
Concentu assurgunt Domino, laudantque fatorem,
Qui tamen haud æquos cunctis descripsit orbes.

34
Membra
corpóris
varia, spi-
ritus v-
nus

Quid tam dissimiles vnius corporis artus?
Quid referam tot membra tibi, quæ spiritus intus
Vnus agit, vitámque suam per singula miscet,
Et replet, & iustos aptè contorquet in usus,
Quantum non hebetes stupidâ torpedine nerui
Obstiterint? tum si qua lues fortunáve cogat

Nullum
abscindi
nisi
membra
&
genitute

Abscindi, membrumque aliquod compage reuelli,
Aut agrum ferro, & stimulis candentibus vri:
Heu! quantos membri vnius iactura dolores
Fert animo? tristem ille fugit, nollétque medelam
Horrescens ferrum, & flammam: mœstissimus altè
Ingemit; & partem vitio qua mortua perdit

Inuitus.

*Inuitus. Sic illa patris clementia summi,
 Quæ sibi mortales, velut vno in corpore membra
 Aptat habens, vegetatque intus vitalibus auris
 Spiritus ille Dei, vitæque per omnia fundit,
 Partiturque vices cunctis, & munia mandat:
 Hoc agit irrupto ut constant sibi singula nexu.
 NIL MAVLT, quàm se integros spirare per artus:
 VIVERE SE VNO OMNES, se viuere in om-*

Deus in-
 uitus pu-
 nit malos.

Mallet
 dare ve-
 niam.

*nibus vnum,
 At si fortè aliquam vitij contagio partem
 Corripiat, postquam succis pollentibus herbas
 Admorit, simili in morbo quas sæpè salubres
 Experti sensere artus: postquam omnia frustra
 Lenimenta mali tentauit: & vlcera dudum
 Blanda nihil medicina iuuat; tum cingitur igni
 Et ferro; tristisque abscindit vulnere membrum
 Multa gemens, procul integris à partibus arcet,
 Aternosque lucem duram compingit in ignes,
 Inuitusque aperit rictu fumante Gehennam.
 Sic illi cecidere olim, nupérque rebelles:
 Sic quicumque cadent deinceps, spernentque malignâ
 Mente medentis opem, & patris medicamina vincent.*

Cû statur
 iustitia.

Reproba-
 tio quo-
 modo fiat.

Gehenna
 aperta
 quomo-
 do.

35
 Moses
 perorat,

*Haectenus hac fatis, alme Socer, neque longius ire
 Hoc pelago mihi vela iube, neque littora cursim
 Abramidum stringam, Patrumque ingentia facta;
 Quod superest de nocte, legam: sine carbasa paulum
 Fessa cadant, teque ad somnos hoc littore ponam.
 Nostrarum te adeò capiat si gloria rerum
 Ifacidum, cras si iubeas, lustrabimus aquor.*

*Sic socerum sera Moses iam nocte docebat,
 Et summi memoranda Patris benefacta sequutus,
 Nequitiamque hominum insignem, sic sponte ruentum
 In scelera, & scelerum pœnas vincebat aperte,*

E e s Nec

442 MOYSES VIATOR.

Scopus
illius.

Nec cœlo arceri nisi per sua crimina quenquam,
 Nec quenquam nisi prasidio, ductūque parentis
 Ætherei sibi posse viam munire salutis;
 Tum patrio nullas excludi pectore gentes:
 Visceribusque, sinūque Deum gestare paternis
 Mortales, nisi se excutiant, ipsique furentes
 Exitium, & diram affectent per crimina mortem.
 Queis Raguel victus signis hæc edidit ore.

Iethro
cōfiteatur
Deum.

Iam mihi iam certâ constat sententia mente
 Isaciis Numen, quod solum inscribitur aris,
 Et solum regnare solo, cœloque tremendum.

Notus in
Israël
Deus.
Psal. 75.

Hæc Deus ipse domo clarâ sibi condere gentem,
 Et mundi excelsam tenebris attollere turrim
 Constituit, cacisq; vadis accendere lucem,
 Quam videant longè pelagi iactantibus undis
 In dubiis puppes breuib; certaq; prehendant
 Optatos Fidei portus, ad lampada cœli,
 Extantemque Pharum Oceano. Tua signa, tuūque
 Iam video, lux alma, iubar: tua lumina sector
 Protinus, ostensamque viam, Ter maxime lucis
 Arbiter, inque tuis mereo, Gens inclyta, castris:
 Sum vester, sancti Isacida, sum vester, ad aras
 Mox orto cum Sole manu hæc cadet hostia vestras,
 Et confessa meos summo de Numine sensus
 Obstringet geminas æterno fœdere gentes,
 Ut cœant animis, & eodem in lumine viuant.

Iethro sa-
crificat
Deo.

Sic ait: Vig; breui stratis recreata sopore
 Corpora, confestim Solis redeuntis ad ortus
 Plurima solenni properatur victima ritu,
 Vota Deo soluit Raguel, Proceresque vocati
 Vestibulo in templi cæsis in sacra iuuenis
 Extruxere dapes latis tanto hospite mensis.
 Inde dies, aliūque dies succedit, & ardet

Epulum
corâ Do-
mino.

Religio

Religio magis atque magis, crescitque vicissim
 Collatis hinc consiliis atque inde, remotâ
 Invidia, & se iudiciis Respublica format.
 Consiliûm soceri Moses, mentemque sequutus
 Spectatâ virtute viros, usûque valentes
 Constituit, qui compositis ex iure tributim
 Litibus, instituant ciues, & iurgia tollant
 Arbitriis Equi, atque Boni : tum cetera summo
 Iure secet, dirimi nequeant, qua maxima, Princeps.
 Sic posita legesque foro, legumque ministri.
 At legum ambigui sensus in Principis ore,
 Cuius corde sibi posuit sapientia sedem,
 Ut pectus linguamque mouens oracula promat,
 Quantum non prohibent sacros precordia motus,
 Sequere sinunt duci iusto moderamine Reges.
 IPSI SEQVE DEI agnoscunt in parte ministros,
 SUPREMÔQUE FORO MEMINERE EXAMINIS VRNAM.

Indices
tributum
instituti.

Legum
anima in
corde bo-
ni Prin-
cipis.



LIBRI